Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26274
Copyright: Admont, Benediktinerstift

117



ñignarus fuit. In ecclastici q; negociis studiosus.
scripsit de bello intestino. x. libros. & expositione
diuisarum causarum. in quibus ob suorum defensione antiquarum
meminit synodorum. Equibus omnibus agnoscitur donati
ane partis fuisse. Composuit 7 regulas ad inuesti
gandam 7 ad inuenidam intelligentiam scripturarum. vii.
quas in uolumine conclusit. Exposuit apokalypsin
iohis ex integro. nichil in ea carnale s; totum in
telligens spiritale. in qua expositione angelicam
stationem corpus esse. Ille q; annorum regni intra iustorum
post resurrectionem futuri suspicionem tollit. Neq; duas
in carne mortuorum resurrectiones futuras. unam iustorum.
aliam iniustorum. s; unam 7 in semel omnium. in qua resur
gent etiam abortiui deformati. neq; d humani generis
deformatum & animatum substantia interat ostendit.
Distinctionem sane duarum resurrectionum ita facit. ut
primam qui iustorum apokalypsin dicit. credamus in ecclesie
sacramento agi. ubi iustificati per fidem a morticinis peccatorum
suorum per baptismum ad uite eterne stipendium suscitantur.
secundam uero generaliter omnium hominum carnis. Floruit
hic uir: etate qua rufinus ante memoratus theodosio et
filio eius regnantibus. c. l. iiii.

SEVERUS Presbiter cognomento sulpicius aquitanice pro
uincie uir gene & litteris nobilis. et paupertatis. 7 hu
manitatis amore conspicuus. clarus etiam sanctorum uirorum.
Martini turonensis episcopi. & pauli nolani scripsit non contemp
nenda opuscula. Nam epistolas ad amorem dei et contemptum mundi
hortatorias scripsit. sorti sue multas. que & note sunt. Scripsit